

UM  
RUM  
E  
EINZIA  
UM









ANALYSIS

## EVANGELII

IN FESTO MATTHIÆ.

*Matth. 11. à v. 25. usq. ad fin.*

Πεγαύλιον.

**H**egimus i. Sam. 15. 3. Saulum  
divinum mandatum, de occi-  
dendo Agago contempisse, &  
propterea à Deo rejectum fu-  
isse, in ejusq. locum Davidem fuisse electum.  
Ferè simile factum habetur, ubi Judas prodide-  
rat Christum & se suspenderat, in cujus locum  
eligitur Matthias Act. 1. 26. uti in epistola  
Festivali pluribus istud declaratur & proba-  
tur. Quomodo verò Deus semper elegerit sibi  
quosdam, ut Ecclesia conservetur usq. ad finem  
mundi in Evangelio docetur.

O

THE.



## THESIS I.

In quo haberetur partim gaudium: *Id quod ostendit gratiarum actio, cuius habetur declaratio. v. 25. In quo circumstantia: in illo tempore. Christus gratias agit Patri, dum discipuli à prima legatione, quod factum eodem momento, uti notat Luc. 10, 21. redierant referentes, quod magno profectu Evangelium docuissent: Incusaverat enim ante Judæos contumacia, Luc. 10, 16. Exprobaverat ingratitude. Ideoq; exultavit illo ipso tempore. Ut discamus a què tempora observare.*

2. Et res ipsa, quoad efficientem causæ: respondens Jesus, dixit, *Nempe ipsis Apostolis referentibus. Sciens, quæ verba sunt Chrysoctomi super hunc locum, multos de superiori questione dubituros, sc. quòd Judæi Christum non receperunt, quem gentilitas tam prona suscepit: respondet hic cogitationibus ipsorum; Ut sit ἀντὶ τοῦ πογγῆ, quem admodum ait Lyra, dum respondet, omnino superesse quosdam, qui suscepissent verbum ejus & suscepturi essent; quamvis etiam respondendi verbū idem significet. stylo Ebræo quod eloquuntur Eia. 4, 10. A Et. 8. 34. tamē hic propriè accipitur. Ut discamus non tacitè, sed clarè laudare, quæ probamus.*

3. For-



3. Forma, quæ continet compellationem, quoad affectum & modum: confiteor. Hoc est laudo, uti interpretatur August. de verb. Dom. serm. 8. Confessio enim aliquando est laudatoris: per synecb. quâ pro acceptis beneficiis abunde laudes persolvimus, & gratias agimus, uti Chrysostr. interpretatur Hom. 39. in Matth. Qui enim aliquem laudat & gratias agit, confitetur beneficia accepta. Ut discamus confessionem esse laudis, & gratiarum actionis initium. Propterea æquum est, ut singulis momentis, ut Chrysostr. monet hom. 26. in Genes. supputemus nobiscum non cõmunia tantum beneficia, quæ natura omnium opifex contulit, sed & privata & quotidiana, & quæ ignorantibus nobis contulit, pro quibus gratias agamus: non quòd Deus egeat, sed ut nos discamus autorem bonorum diligere, & ne simus ingrati, ait idem Chrysostr. Hom. 9. in Genes. Atqui in hoc, teste Augustin. de spir. & lit. c. 11. cultus Dei maxime constitutus est.

4. Quoad objectum per summariam denotationem: à relato æconomico: Tibi pater. Quippè ejus filius unigenitus ipse Joh. 1, 14. ex essentia ab eterno genitus Psalm. 2, 7. Splendor gloriæ & character personæ ipsius Ebr.



1, 3. Ut discamus ipsum verum Deum esse. Inde Hilar. l. 9. de Trin. nescit planè, nescit vitam suam, qui Jesum Christum ut verum Deum, ita & verum hominem ignorat.

5. Et a politico: Domine cœli & terræ. Quò describitur Majestas, quia ex nihilo condidit omnia, Esa. 43, 18. conservat omnia Psalm. 101, 29. gubernat omnia, Psalm. 115, 3. Additq; hæc verba ob reverentiam. Ut discamus etiam gratias agere Deo vero, qui est cœli & terræ creator.

6. Per declaratiõe per remotionem, à modo: quod abscondisti. Occultaasti arcana sapientie tue, & Sacramenta redemptionis, ut Hieronym. in cap. 11. Matth. eloquitur. Non ex invidia; siquidem Deus vult omnes: ut salvi fiant, & ad agnitionem veritatis perveniant, 1. Tim. 2, 4. nec vult ut ullus peccet, 2. Pet. 5, 9. dum filium suum unigenitum dedit, ut omnis, qui credit non pereat, Joh. 3, 10. Unde omnibus Dei salutifera gratia apparuit Tit. 2, 11. dum pro omnibus Christus mortuus & semetipsum pretium redemptionis dedit 1. Tim. 2, 21. qui suo sanguine abnegantes dominum mercatus est 2. Pet. 2, 1. Unde Aug. in ser. 109. de temp. placuit Deo per misericordiam suam redimere nos tanto precio: dedit pro nobis  
san-



sanguinem unici sui innocenter nati, innocenter mortui. Qui tanto nos pretio redemit, non vult perire quos emit, quos perdat, sed emit, quos vivificet. Sed abscondit nolentibus Matt. 25, 37. non saltantibus Matth. 11, 17. qui ipsi elati proprio tumore ceciderunt, uti loquitur Chrys. Hom. 39. in Matth. Neq<sup>3</sup>, enim, quod habet idem Chrysof. eod. loco. quando dicitur occultaſti hæc à ſapientibus rem totam Deo attribuit, ſed ſicut cum Paulus dicit; quia tradidit eos in ſenſum reprobum & excæcavit intelligentiam ipſorum non operatum hoc Deum fuiſſe, ſed eos qui cauſam præbuerunt.

7. Ab objecto reſpectu cognitionis: A ſapientibus huius mundi. Ratione notitia mere humane I. Cor. 11, 8. qui ſapientes ſibi videntur. Aliàs Dei donum eſt ſapientia Jac. 1, 5. & donatur piis I. Reg. 3, 9. commendaturq<sup>3</sup> in ſcripturis, Prov. 16, 16. etiam ſapientes fide præditi fuerunt Joh. 4, 14. Neq<sup>3</sup>, enim dixit, ſcribit Chryſoſt. Hom. 10. in cap. 3. I. epist. ad Corinth. deponat ſapientiam, & fiat ſtultus, ut abjiciat omninò humanam ſapientiam. Non igitur ut auctor imperitiæ abscondit, ſed illis, qui ſapientes ſunt in oculis propriis temerè tumentes, Eſa. 59, 14. nam voluntas Dei manifeſtata per Chriſtū in Evangelio Joh. 1, 18.



8. Respectu actionis: & intelligentibus. Sive prudentibus in suo conspectu, & apud seipsum Etā 5, 21. Ut discamus rationem humanam in mysteriis divinis nihil vel scire ex se, vel etiam prestare posse, quo respicit vocabulū hęc, quomodo nimirum Deus per ministros suos sibi colligat Ecclesiam, & potissimum circa opus redemptionis.

9. Et per assertionem ratione effecti: & revelasti. Hoc est, annunciaſti ex sinu tuo per me ea, quę a seculis erant abscondita: Quāvis ante secula decreta, sub ipsis typis in V. T. adumbrata, & modo in N. T. revelata. Ut discamus quoad salutis nostrę negotiū omne consilium Dei esse nobis manifestatum Act. 20, 27.

10. Ratione objecti, per positionem: parvulis. Hoc est simplicibus, secundū Chryſ. & humilibus, secundū Aug. malitiā, non sensu, uti loquitur Hilar. can. 11. in Matth. Comparatē propter affectum, qui ex se nihil fieri poterant, sed ex divina revelatione. Ut enim parvuli, quicquid à parentibus ipsis proponitur, credunt, & postmodum loquuntur; ita etiam in sacris, quicquid nobis Deus revelat, credere debemus, & loqui: siquidem, quod habet Damasc. l. 3. c. 20. orth. fid. p. 258. nihil amplius cognoscimus, quàm quod Dei verbum verax est,



est, & efficax & omnipotens, modus autem est  
inscrutabilis. Ut discamus in rebus fidei acqui-  
escere verbo Dei,

11. Et specialis ejusdem tūm approba-  
tio. v. 26. In quo confirmatio ratione effici-  
entis: Ita Pater. Siquidem manifestat, ait  
Theophyl. benignitatem Patris, ut qui ante-  
quam jacerentur fundamenta mundi, elegit  
nos in Christo, Ephes. 1. 4. decrevitq; opus re-  
demtionis nostræ, Joh. 1. 9.

12. Et ratio respectu causæ impulsivæ:  
quoniam sic fuit placitum ante te. *Seu quo-  
niam ita placuit tibi. Tunc autem placuit, ubi  
de redemptione decrevit. Unde Albertus Ma-  
gnus: parvulis revelat pater luminum, in qui-  
bus per tumorem mentis non patitur obstacu-  
lum veritatis. Facti ergo hujus æquitatem, ut  
habet Hilar. paterna voluntatis judicio con-  
firmat, ut qui dedignantur parvuli in Deo fie-  
ri, stulti deinceps in sua sapientia fiant. Non  
autem voluntas absoluta intelligenda est, cum  
nobis revelata sit conditionata, quatenus homi-  
nes resistunt; quia, uti revelat, si credimus, nos  
salvatum iri, ita etiam, si nolumus, damnatū.  
Non instituit Deus, habet Aug. cont. advers.  
leg. & prophet. l. i. c. 14 quod obesset, si homo  
sibi obesse nolisset, sed potius instituit, quod  
prodesset.*



13. Et est attestatio, v. 27. Christi pro revelatione mysteriorum patri cœlesti gratias egerat. Ne quis verò putaret, uti habet Chrysoft. hac revelandi potestate ipsum esse privatum, ideoq; subjungit sui commendationem, in qua tam est cōmunicatio: omnia mihi tradita sunt à patre meo. Si ergò omnia, nihil erit exceptum, quod non traditum Ebr. 2, 8. Ergò & potestas illuminandi parvulos. Et cum tradita dicantur, secundum humanam naturam, uti Chrysoft, ait; cum audis tradita, nihil humano more factum suspiceris, quæ dictio ne duos ingenitos arbitrari quis possit posita est. Filius autem dominus omnium nascitur à Patre ab aeterno & per aeternam generationem habet omnia ut Deus. At tradita sunt per personalem unionem. Vnde Theodoret, dicit, quæcunq; scriptura dicit Christo data esse in tempore, illa non secundum Deitatem, sed secundum humanitatem assumptam ei data intelliguntur. Et Leo Mag. epist. 23. Deitas verbi par in omnibus & ὁμοῦσι & est patri & intemporaliter una eademq; est potentia genitoris & geniti. Hinc si addita potestas est, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erit provehente, qui crevit, nec habebat divitiarum natura, cujus indigne largitate. Vnde



Unde determinatè dicitur etiam in scriptura,  
quatenus filius hominis est Joh. 5, 27.

14. Tùm revelatio respectu filii: & ne-  
mo agnoscit filium nisi Pater. Tanquam  
unigenitum suum, in quo sibi complacuit Matt.  
3, 27. dum ejusdem essentia & natura: alij qui-  
dem habent cognitionem, sed apprehensionis  
non comprehensionis. Ut discamus patrem &  
filium esse ejusdem essentia, ejusdè voluntatis,  
uti habet Chrylost.

15. Respectu Patris, quoad naturalem  
cognitionem: neque Patrem quis agnoscit  
nisi filius. Dum eandem utriusq<sub>3</sub>, ut habet  
Hilar. in mutua cognitione docet esse substan-  
tiam: Non separatur tamen utriusq<sub>3</sub> spiritus,  
qui scrutatur omnia 1. Corinth. 2, 11. sed pro-  
pter essentia indivisam veritatem. Ut disca-  
mus veram Dei cognitionem à filio esse per ver-  
bum revelatam.

16. Quoad voluntariam manifestatio-  
nè: & cui voluerit filius revelare. Nam De-  
us non ab omnibus ignoratur, sed ab iis, quibus  
non revelavit; ita tamen, ut filius noverit ex  
equalitate natura, nos ex revelantis dignatio-  
ne, uti loquitur Hieronym. in hunc locum.  
Hinc adeò fit, ut qui filium videt, videat & pa-  
trem, Johan. 14, 9. Ut discamus non aliam



*esse Dei agnitionē, quā per Filij revelationē.*

17. Partim est invitatorium, cuius proponitur generalis convocatio. v. 28. In quo partim formavit prædicatum, ratione effecti: Venite. *Non pedibus, sed moribus; non corpore, sed fide. Ita namq̄ spiritualis est accessus, quo quisq̄ Deo appropinquat, ait Remigius. Ut discamus non esse emanandum, sed veniendum,*

18. Ratione objecti: ad me. *O felix terminus, inquit Bernh. tanquam ad media salutis, ad portam quietis, ad ostium veritatis ut in die novissimo advenire possitis, ad gloriam aternitatis. Non vult ut ad alium, sed ut ad se veniant. Ut discamus non in alio esse salutem Act. 4, 22. cum ipse non tantum vocet, sed etiam ut veniamus, jubeat: illi qui veniunt aliquando etiam audient, ex Matth. 25, 34. venite ad me benedicti,*

19. Subjectum summam: omnes. *Non hic aut ille, habet Chrylost. sed omnes: non electos in specie, sed omnes qui laborant, uti ex subsequentibus patet. Ut discamus neminem excludi, quia ei cura de omnibus Sap. 6, 8. omnes vocat non solum iudeos, sed & gentiles, ait Theoph. quosvis vocat & difficultate legis laborantes & hujus seculi, ait Hilar. onere oneratos.*

20. Ex-



20. Explicatim respectu Judæorum :  
 qui laboratis. Per quos potissimum Judæi in-  
 telliguntur : qui difficultatibus legis labora-  
 bant. Alias omnes laboramus Augustin. serm.  
 10. de verb. Dom. quia homines sumus mor-  
 tales, fragiles, infirmi, lutea vasa prestantes ea,  
 qua faciunt invicem angustias.

21. Et respectu gentilium : & onerati  
 estis. Nempe peccatis hujus seculi, secundum  
 Hilar. Triplex siquidem onus portamus, ut est  
 fragilitas corporis Sap. 9, 15. ad malum pronitas,  
 Genes. 8, 21. & pœnalitas, ut est esuries & sitis.  
 Ergo quicumque laborant, & peccato pressi sunt  
 illi vocantur. At hi sunt omnes homines. Quis  
 enim est qui non peccet? Joh. 14, 4. & si non  
 veniunt, vocatorum crimen est, non vocantis,  
 habet Chrylost. Hom. 7. in Matth. ipse quip-  
 pe vult omnes salvos fieri : at non omnium vo-  
 luntas voluntati ipsius obsequitur. Qui ergo non  
 veniunt sua pertinacia reluctantur, qui verò  
 veniunt Dei auxilio diriguntur. Aug. in re-  
 spons. ad artic. falso. impos. artic. 2. quod  
 multi pereunt, pereuntium est meritum, quod  
 multi salvantur, salvantis est donum: ut enim  
 reus damnetur inculpabilis Dei justitia, ut au-  
 tem reus justificetur ineffabilis est Dei gratia,  
 Prima 1. Timoth. 2. Deus nemini infert vim  
 ut pereat, sed qui perit, pro merito perit.



22. Finalis causa ab effectu utili ; & ego refocillabo vos. Sive quiescere faciã, uti Græcum verbum innuit, seu uti August. ait, ut non laboretis & onere peccati premamini. Ipse enim est via & veritas Joh. 14, 6. vera scarrigo Joh. 7, 27. in quo sola salus Os. 13, 9. Et major est Dei misericordia, quàm omnium hominum miseria. Quin, habet August. solil. c. 13. si mundus clamat ego deficio ; Tu Domine clamans reficio, atqui in vita reficit nos, in patria saturabit, ait August. in Psalm. 139. Modò ut duremus reficimur. Nam necesse est, esuriamus quoadusq̃, satiemur. Ut discamus non desperare. Peccasti? ait Chrylost. Hom. 7. in Psalm. 50. pœnitere. Millies peccasti, millies pœnitere.

23. Et specialis præstatio, quæ est jugi portatio. v. 39. Ubi antecedens continet modum in denotatione objecti: tollite jugum meum. Hoc est jugum Christi, quod est divine dilectionis & carnis mortificationis. Vti jugum 1. Reg. 12, 4. accipitur & Os. 11, 4. dum enim tollit jugum nostrum nos vicissim etiam debemus tollere jugum ipsius, ut acceptior sit & gratior ipsius doctrina, ut habet Chrylost. Atq̃ ita, quod habet Bernhard. ferm. 15. in Psalm. qui habitat, onerat nos Deus, quia



quia exonerat: onerat beneficio, eum exonerat peccato. Id quod fit tum agendo, quò sanctè vivamus; ne posthac serviamus peccato Rom. 6, 2. tum patiendo: ut, quemadmodum ille, varias afflictiones sufferamus 2. Timoth. 3, 12. Nullus enim servus Dei sine persecutione est, ait August. in præfat. Psalm. 69. Et est ea religionis via, ut ubi est Spiritus sanctus, ibi statim sequatur persecutio & conflictus habet Marcar. hom. 15. Jugum ergò Christi portandum, non nostrum, quod vel malitiâ, vel impietate nostra nobis attrahimus.

24. Et subjecti: super vos. Siquidem unusquisq; debet ipse portare jugum suum, non alienum: Nihil enim profunt aliorum merita, cum jubeamur portare ipsius Christi jugum quò stigmata Jesu in corpore nostro portemus, uti loquitur Paulus in epist. ad Galat.

25. In cognitione ubi mandatum, respectu effecti: discite à me. Tam docente quam faciente, quia ipse magister Matt. 11, 19. multi autè discunt à carne carnis delectabilia, ut gulosi, ita lurco Luc. 16, 19. Sodomite Gen. 19, 5. falsa desideria, ut avari & cupidi, Laban Gen. 24, 29. Delila Jud 6, 4. Christiani à Christo credenda & facienda Matth. 7, 21. siquidens



dem unus Christus sequendus magister, illi soli inhaerendum, qui ad vitam ducere aeternam potest Cyril. l. 2. c. 50. in Joh.

26. Et argumentum à ratione facilitatis: quia mitis sum. Revera mitis ad verba cum non malediceret 1. Petr. 2, 23. ad verbera cum pateretur 1. Petr. 2, 23. ad tormenta Esa. 53, 17. unde mansuetus dicitur Zach. 9. 9. Ut discamus mansuetudinem ostendere Tit. 3, 2. Mitis enim mens cuidam montis vertici similis est auram habentis tenuem, purum radium, pura fontium fluentia, multasq; florum amoenitates viridantium hortorum & pratorum plantis & floribus frondentium & aquas irriguas habet Chrysoft. hom. 29. ad pop. Antioch.

27. Et à ratione humilitatis: & humilis corde. Ut virtutes, quas foris ostendimus in opere, intus veraciter teneamus in corde. Colactanea sunt humilitas & mansuetudo, habet Bernhardus. Et sicut presumptio ab elatione, sic vera mansuetudo ab humilitate. Humiliavit autem se Christus in incarnatione, in natiuitate, in circumcissione, in baptismo, in asini usurpatione. Ut discamus aequè humilitatem. Unde ait August. de verb. Dom. serm. 10. Christus dixit: discite a me, non mundum fabricare;



bricare, non cuncta visibilia & invisibilia cre-  
 are, non in ipso mundo miracula facere, &  
 mortuos suscitare, sed quod mitis sum & hu-  
 milis corde. Inde etiam exclamat Augustin.  
 lib. de Agone Christiano c. 11. O homo vide  
 quid pro te factus est Deus, & doctrinam tan-  
 te humilitatis agnosce? quæ superbia sanari po-  
 test, si humilitate filij Dei non sanatur? Ideo  
 Deus humilibus dat gratiam 1. Petr. 5. 6. susci-  
 tat de pulvere egenum Eccles. 4. 14. Ideo cogi-  
 tent omnes de fundamento primi humilitatis,  
 qui cogitant magnam sibi fabricam celsitudinis,  
 etiam qui in magna sunt dignitate. Non enim  
 magnum est humilem esse in abiectione, habet  
 Bernhardus hom. 4. super missus est. sed ra-  
 ra prorsus & magna virtus est esse humilem  
 in honoribus, uti & illud monet Sir. 3, 30. Et  
 quidem sint corde, non tantum ore & gestu.  
 Ergo humilitatem sequere, admonet Hieron.  
 ad Celant. epist. 14. non quæ ostenditur aut  
 simulatur gestu corporis, aut fracta verborum  
 voce, sed ex puro cordis affectu exprimat.  
 Tanto namq; quisq; vilior est Deo Greg. lib.  
 10. c. 20. ex pos. moral. quanto pretiosior sibi.  
 Tanto pretiosior Deo, quanto propter eum vi-  
 lior sibi.

28. Consequens ab utili effectu: &  
 inve-



invenietis requiem animabus vestris. Non corporibus dicit, quia iugum adest, sed animabus: tum in presenti, quia, uti habetur Eccles. ult. 35. laboravi modicum & inveni mihi multam requiem conscientia; & in futuro Esa. 32, 19. ubi sedebit populus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducia & in requie opulenta. Unde Augustin. inquit, fecisti nos Deus ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te, & tum habebunt requiem in utroq; à labore Apoc. 14, 13. à dolore Esa. 5, 11. à timore Job. 11, 19. Ut discamus portare iugum, quid parit magnum fructum.

29. Et ejusdem ab accidente declaratio. v. 25. In quo tum de facilitate: iugum enim meum facile. Siquidem enim facile si onus legis sublatum, dum Spiritus sanctus gratia sua operatur virtutem & sustinendi facilitatem: quia præcepta Dei sunt facilia, uti habet Joh. in sua epist.

30. Et à jucunditate: & onus meum leve. Quia onus est charitas potissimum quia omnia suffert 1. Cor. 13, 7. Nam amanti nihil difficile, & si accinctus & preparatus erit, ait Chrylost. & nulla desidia effœminatus cuncta tibi facilia levissimaq; videntur, potissimum si retributio aestimetur: non enim sunt digna passio-



passionis presentis huius temporis ad revelan-  
dam in nobis gloriam Rom. 8, 18. secundum  
Chryl. Ut discamus libenter sustinere Christi  
jugum, eum portatu tam facile & leve sit.

### NOTÆ.

I. **A**bscondita à sapientibus) Considera  
mysteria mundo fuisse abscondita nisi  
eradita fuissent à Deo; ut discas Dei verbum  
in quo habentur, amare & audire.

### II.

**V**enite ad me omnes.) Considera Dei  
bonitatem, qui neminem excludit; ut di-  
scas omnes etiam vocare & juvare.

### III.

**T**ollite jugum.) Considera non satis esse  
ut credamus, sed opus esse ut jugum porte-  
mus; ut discas hoc non refugere, quia leve &  
suave si Deum diligis, Christum sequeris, & in  
cunctis humilis sis.

### CASUS.

An quædam abscondita habenda!

**N**on videtur: 1. quia omne consilium Dei  
nobis revelatum Act. 20, 27.

2. Quia etiam parvulis revelatū dicitur h. l.

3. Quia candoris est nihil abscondere.

Sed contra: Hic dicitur abscondita  
sapientibus Matth. 11, 25.

P

2. Ho-



2. Honorificum est abscondere secreta  
regis Tob. 12, 3. (q. 60)

3. Fraus committitur, c. quod ambulat 50

4. Consultorum publicorum enunciato-  
res, quia nihil aliud quam principum prodito-  
res, capite plectendi arg. l. omne. 6. §. 1. ff. de  
re militari, aut ut transfuga vivi exurendis.  
Petr. Bellug. in specul. princip. tit. de exami-  
nat. rub. 10. n. 5. aut sunt suspendendi l. si quis  
31. §. 1. ff. de pœnis. pœna falsi l. 1. §. in ff. de  
fal. Damhoud. in praxi crim. c. 23. n. 19. Cœ-  
pol. conf. crim. 39. n. 29. Decian. conf. 27.  
n. 16. vol. 1. Francis. Mari. decis. 772. n. 3.  
*Lex Egyptiorum iisdem linguam iussit ab-  
scindi* Diod. Sicul. Horat. l. 1. serm. S. 4.  
*Fingere qui non visa potest, commissa tacere.  
Qui nequit hic niger est hunc, tu Romane, ca-  
veto.*

*Neq; res magna ab eo sustineri possunt,  
cui tacere grave, ait Curt. l. 4. Nam  
taciturnitas optimum ac tutissimum admini-  
strandarum rerum vinculum habet* Valer.  
Max. l. 2. c. 2. *Consiliarius etiam si secreta prin-  
cipis detegit perjurii & proditoris crimen in-  
currit.* Decian. respon. 82. n. 26. Angel. con-  
sil. 258. n. 5. Menoch. conf. 107. n. 95. lib. 2.  
*licet amico domini revelasset* Post. Immol.  
conf.



conf. 94. n. 35. vol. 2. *maximè si adversario* l. 2. C. quæ res export. non dnt. Rulandus de commiss. par. 1. l. 1. c. 25. n. 3. *Et ob hanc causam removeri potest ab officio.* Coler. decis. 233. n. 1. part. 2. Menoch. conf. 175. n. 25. *Sic senator secreti incontinens removetur ab officio.* Zal. tit. feud. part. 10. n. 3. *etiam vasallus privatus feudor. in quib. mod. feud. amittatur* 2. F. 17. Schrad. de Feud. par. 9. c. 5. n. 42. 44. *puniri talis etiam consiliarius tenetur actione in factum ad interesse eius, cujus secreta revelavit* l. 1. in lege 3. §. & si quis. ff. ad legem Aquil. Gail. 1. observ. 199. n. 6. *potest injuriarum conveniri si injuriarum causa fiat* Moron. tract. de treuga & pace c. 9. q. 10. *capite plecti* Farinac. par. 4. crim. q. 113. n. 205. Decian. tr. crim. l. 7. c. 17. n. 3. *Etiam in commissario Hippoli. à collibus in consil. Laudens. de cons. princ. §. 2. In advocato, de quib. consultus obligatus ad extacenda Afflict. in constit. rei advo. in 2. notat. vers. et si advocatus.* Vincenz. de Franchis. in decis. Neapolit. 222. n. 12. Moro. de advocato c. 44. n. 5. *Quin ex eo quod quis secretum retinere potest cognoscitur hominis sapientia* Pet. Messias in lect. hist. c. 4. in princ. ex Prov. 1233. *Tyrannis enim est multum loqui* Reus. emb. 313. class. 1.



*Tandem iuri communi prohibitum re-  
velare secreta l. merca. C. de commerc. &  
l. quicumque C. de oper. publ. l. litibus &  
ibi glos. C. de agricol. l. si quis in gravi ff. ad  
Sct. Syllan.*

*Ad contraria: 1. Fall. causa, quia hoc fi-  
eri dicitur in sacris, ubi salus queritur; aliud  
verò est in politicis.*

*Ad 2. Equè propterea hoc factum, ut  
Deum rectè agnoscamus, ritè colamus, Joh.  
17. 3.*

*Ad 3. Ita sanè si requirit officium, ut  
Prelatus, Farin. prax. crim. lib. 1. t. 5. q. 51. n.  
10. & 49. in foro conscien. ibid. si adhuc dum  
committendum n. 23. sic filius, subditus, famu-  
lus, familiaris, uxor, frater. Sacerdos etiam  
crimen revelare potest, sed non personam.  
Aliàs nimia taciturnitas stultitia adscribitur.  
Valer. Episc. in epist. Ruland. de Com. l. 1. c.  
26. n. 14. animus enim ex loquela colligitur  
Bald. in. l. ut jur. epist. v. modo. 4. ff. de fidei  
commis. Rolandus à valle conf. 96. n. 3. vol.  
1. Paleott. de sacri consist. constitut. q. 11. p.  
4. si enim ex bono animo sui iuris tuendi cau-  
sa dixerit quis quippiam non punitur. Masc.  
conf. crim. l. 1. n. 9. Steph. de Ictione part. 2.  
lib. 2. c. 2. n. 295. Schrad. de feud. p. 9. n. 55.  
85.*



02 A 572  
(1/2)

ULB Halle 3  
003 808 483



1017



EVANG.

CHRIST

HALL

Q2 C



